UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Commvnionis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De dubitante an solverit jejunium naturale: Vbi de diversitate horologiorum, §. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

Visual Library

§. 7.

De dubitante an ſolverit Jejunium naturale. Ubi de diverſitate Horologiorum.

29 SI dubitas, an ſis jejunus, ex eo quia neſcis comederis ne, an non; communicare tibi conceditur. *a* At ſi certus quòd comederis, dubitas num comeſtio fuerit ante mediam noctem, an poſt illam; non conceditur. *b* Ratio eſt, quia hic eſt poſſeſsio pro præcepto : ibi pro tua libertate.

Scio aliquos in utroque caſu concedere communionem: quia in utroque putant ſtari debere pro libertate communicandi: & ſanè: propter authoritatem horum doctorum, *c* probabile id exiſtimandum eſt.

30 Dixi (ſi dubitas) nam ſi ſint plura horologia, niſi con-

a *Laym l. 1. tr. 1 c. 5. §. 4. n 36. De Lugo d. 15. de Euc. ſec 2. n. 42. & 43 Jo. Sanc. ſel d. 42. n 9.*

b *Sanc. l. 2 de matr. d. 41. n. 40 De Lugo cit. Fag. in præc. Ec 3 l. 2 c. 5. n. 18*

c *Lay. loc. cit. Baun. Auct casuũ Bonõ. quibus. Adde Diã. p. 3. t. 4. reſ 29 & Jo. Sãc. in ſel. d 42 cit.*

ſtet eſſe falſa, potes *d* quodlibet ſequi: tunc enim non dubitas, ſed habes probabilitatem (quam illud tale horologium tibi facit) non fuiſſe mediam noctẽ quando comediſti, quia non fuerat datum ſignum ultimi horologii. Licere autem cuique facere id, quod probabile, eſt communis eſt ſententia doctorum. *e*

d *De Lug. cit. n 45. quãvis id neget, Merolla, & Salas apud Dianam p. 4. tr. 3. reſ.* 19.

e *Lege Caſtrop to.* 1. *diſp.* 2. *de conſc. p.* 2.

§. 8.

Quando non jejuno licet communicare.

31 IN aliquibus caſibus id licet. Primò inſtante pro Viatico: id quod ſatis ſit hic innuiſſe: nam cætera, quæ ad id ſpectant dicemus infra proprio in loco c. 5. præſertim §. 9.

32 Secundò Sacerdoti, etiam ad dandum Viaticum alteri moribundo licere non jejuno celebrare, ſi non adſint aliæ particulæ conſecratæ, docent plures,